

Barbof. in collectam. ad cap. quia circa. 22. num. 14. de privileg. Roder. Suar. allegat. 28. numer. 9. 22. 23. Azor. supra part. 1. lib. 7. c. 26. quest. 6. vers. His possit; Rebuf. in d. sylva cadno; S. novalis. vers. 5. ff. de verb. signific. Guttier. n. 126. Princeps enim nullius juri praejudicium inferre praesumitur, nisi de ejus voluntate appareat manifeste. c. super eo 15. §. 1. ubi Gloss. verbo, intentionis, de offic. de legat. l. 2. §. siquis a Principe ff. ne quid in loc. pub. fiat, Carleval. to. 1. d. sp. 2. n. 639. Castill. c. 36. n. 11. Molin. de primogen. lib. 2. c. 1. n. 13. Peregrin. de jur. fisc. lib. 1. tit. 3. a n. 21. Perez in l. 1. glos. 1. col. 1. vers. Præterea, tit. 5. lib. 3. Ordinam. Tiraque. de judic. in reb. exig. vers. 61. pag. 42. Ubi quod idem est in minimo praejudicio, Alciat. de praesumpt. 141 reg. 3. pres. 11. Grammatic. decis. 104. n. 13. Menoch. de arbitrar. lib. 1. quest. 9. num. 11. hoc probat etiam in concessione ex motu proprio, & certa scientia, imò & cum clausula de plenitudine potestatis, Castill. ubi proximè numer. 23. Seraphin. decis. 1082. n. 8. Barbof. de diction. & clausul. claus. 19. numer. 10. ibique alii; & procedit, nedum in jure jam quaesito; sed etiam in spe probabili? Menoch. conf. 36. num. 24.

Ibi: Qua ratione conciliari, ni fallor, possunt.

Hanc doctrinam, & conciliationem ad hujusmodi contrarietatem opinionum tollendam, ut juri consonam, tenetur Castill. n. 26. Rebuf. quest. 24. numer. 34. Monet. dict. cap. 4. numer. 70. Cardin. Tusch. lit. P. conclus. 729. numer. 5. Roderic. Suarez ubi proximè, Guttier. n. 129. vers. Hac tamen, & alii.

143 Utrum autem privilegium Summi Pontificis de non solvendis decimis extendatur ad novalia, & ad possessiones post concessionem quaesitas? disputant DD. Affirmant Suar. d. c. 19. n. 4. 7. Pellizzar. supr. tom. 2. tract. 8. c. 7. n. 171. cum seqq. apud quem Castr. Palao, Azor. & Abbas in cap. dudum, de privileg. Negant. Castill. c. 14. num. 43. Rebuf. quest. 14. n. 30. Oldrad. conf. 268. Barbof. in collectam. ad d. cap. quia circa, n. 11. & d. c. 26. §. 3. n. 14. Monet. c. 4. quest. 3. n. 67. Roderic. questio. regular. resol. 50. n. 6. Guttier. d. c. 21. n. 130. licet aliud juris sit de privilegio non solvendi decimas de proprio labore perceptas; nam & novalia complectitur; cap. ad audientiam, de decim. Castill. supr. Barbof. d. n. 14. & alii communiter; & hoc privilegium omnibus Religionibus competit, cap. ex parte, l. 1. de decim. Barbof. cum aliis n. 17. quod advertit, hoc verum esse quoad fructus, pro ipsorum usu necessarios; & ita intelligendus est Cancer. d. cap. 23. n. 3.

144 Sed ut privilegium praedia post illud acquisita privilegio comprehendat, necessario requiritur specifica derogatio c. nuper 34. de decim. Guttier. n. 126. Suar. c. 19. n. 7. Joan. Franc. de Leon. in thesaur. for. Ecclesiast. part. 2. c. 12. a n. 69. Camill. Bortel. in sum. decis. part. 1. tit. 19. de decim. n. 42. Rota decis. 122. n. 4. & decis. 123. part. 1. divers. & apud Postium de manutent. decis. 157. n. 4. Pellizzari. supr. n. 170. Augustin. Barbof. in dict. §. 3. n. 37. Marchesan. de commission. p. 2. n. 1. 2. pag. 596. in ult. impres. Campan. in divers. jur. Canonic. rub. 12. c. 13. n. 154. & alii laudati per eundem Barbof. in collectam. ad d. cap. nuper.

145 Illud tandem non est praetermittendum, quod controversiae super Decimis ad forum spectant Ecclesiasticum. Nam cum jus earum spirituale sit, de illo judicare laicis non licet; cap. 2. 3. de judic. cap. causam. 7. qui fil. sint. legit. docent Suar. cap. 38.

n. 16. 17. Thom. Delbene de immunit. Ecclesiast. 146 tom. 2. cap. 10. dubit. 4. n. 1. D. Covarr. practicar. c. 35. n. 1. Ceval. to. ult. quest. 25. a n. 11. Ubi neque incidenter laicos de spiritualibus cognoscere posse, probat Petr. Barbof. in l. Titia. n. 39. ff. solut. 147 marim. Castill. cap. 12. n. decimo secundo. And. Gail. practicar. observat. lib. 1. observat. 38. Aug. Barbof. dict. c. 26. §. 4. n. 1. Dian. resolut. moral. p. 1. tract. 2. resolut. 89. Scaccia de sentent. & re jud. glos. 7. q. 3. limit. 5. a n. 4. & plurimi alii apud Castill. Aug. Barbof.

Hac tamen regula nonnullas patitur exceptiones communi DD: suffragio comprobatae, prima est, si quaestio vertatur facti, veluti an decimae sunt solutae? super quo secularis pronunciare non prohibetur, tanquam mixti fori, D. Covarr. supr. n. 2. Delbene n. 34. Bobadill. in positio. tom. 1. lib. 2. c. 18. n. 145. Guttier. practicar. lib. 3. c. 16. n. 2. Rebuf. quest. 10. n. 2. 38. Castill. in l. 6. Taur. vers. De qualquiera calidad: Monet. c. 8. a princ. Zerol. in prax. Episcop. part. 1. verbo, Decima, §. 6. Aug. Barbof. supra.

Secunda, si de sola possessione juris Decimarum 148 disceptetur, Ceval. supra n. 54. Gail. lib. 1. observat. 28. n. 2. Avendañ. de exeq. mandat. part. 1. c. 1. n. 32. Guid. Papa decis. 85. num. 2. Garcia de nobilit. glos. 9. n. 48. Myfinger. cent. 2. observ. 67. Mendez a Castr. in prax. Ecclesiast. Lusitan. c. 4. n. 14. Aug. Barbof. in collect. ad c. una 25. num. de decim. Castill. sup. n. 41. ubi ex Ceval. rationem reddit, quia scilicet possessorium rei spiritualis, causa temporalis & profana censetur, Menoch. conf. 268. ex n. 5. ubi limitat in remedio adipiscendae; & plures alii apud Delbene n. 2.

Tertia est, quoad Decimas in laicos perpetuo legitima concessione translatae; nam de illis in quaestionibus, tam juris, quam facti, laici sunt iudices competentes. Et de concessis Regibus Hispaniarum, privative in eisdem supremis Tribunalibus, etiam inter Ecclesiasticas personas cognoscitur; Guttier. supr. lib. 1. c. 14. num. D. Covarr. dict. n. 2. vers. Tertio quoties, Rebuf. num. 39. in fin. Bobadill. n. 146. Fontanel. de pact. nuptial. claus. 4. glos. 13. p. 2. n. 58. Petr. Barbof. in d. l. Titia, n. 42. Castill. quam plurimos referens supra, n. 20. D. Felician de Vega in cap. qualiter, & quando, n. 10. de judic. D. Solorzan. de jur. Indiar. libr. 3. c. 1. a n. 42. Garc. de expens. c. 9. num. 94. Cabed. decis. 63. n. 4. Morla in emptor. jur. part. 1. tit. de jurisdic. omni. judic. in princ. numer. 137. Gratian. discept. c. 238. n. 58. Henric. in sum. lib. 7. c. 27. lit. E. Ceval. quest. 822. n. 70. cum seqq. & dict. quest. 25. n. 24. 25. ubi aliud ait de Decimis in feudum datus, de quo videndus Thom. Delbene a n. 36. qui distinguit inter feudum Decimarum titulo oneroso, vel lucrativo concessum; & Ceval. sententiam probat Barbof. n. 2. vers. Itidem? cum aliis.

AD CAPUT XVIII.

De intellectu & praxi leg. Diffamari, §. Cod. de ingen. manumiss.

SUMMARIUM.

- 1 De intellectu l. diffamari C. de ingen. manum. qui differunt.
2 De praxi praefatae constitutionis, remissive.

3 Est

- 3 Est remedium extraordinarium, quod ex d. l. diffamari, competit.
4 Remedia extraordinaria cessant, ordinariis existentibus.
5 Iusta causa excusat diffamantem.
6 Non agit remedio dictae legis, nisi qui possidet.
7 De pena ejus, qui contumaciter edere instrutum recusat.
8 Ut quis privetur jure, quod ex instrumento habet ob contumaciam in eo exhibendo, bis interpolare est praemonendus.
9 Quomodo liberetur quis ab instrumentorum editione remissive.
10 An sit bis admonendus diffamator, antequam ei silentium perpetuum imponatur?
11 Si post terminum a Iudice praescriptum appareat diffamator acturus, audietur, nisi jam sententia silentium perpetuum imponens fuerit lata.
12 Summarie saltem constare debet diffamazione, ut locus sit dictae legi, diffamari.
13 Ad utendum remedio l. si contendat, ff. de fidejussor. diffamatio, ut precedat, non est necesse.
14 Differentia inter remedia d. l. diffamari, & d. l. si contendat.
15 De praxi d. l. si contendat, remissive.
16 Quis Iudex adendum sit ad praefata remedia proponenda.
17 Agens ex d. l. diffamari, quoad primam petitionem actor habetur, reus quoad reliqua.
18 Majori excommunicatione ligatus uti nequit remedio legum praedictarum.
19 Excommunicatus non auditur in judicio, nisi ut reus necessarius trabatur.
20 Contra excommunicatum proponi possunt praefata remedia, qui si velit contendere, audietur.
21 Actor, qui compulsus ad iudicium trabitur, reus potius censetur.
22 Excommunicatus etiam in foro seculari a iudicio repellitur.
23 Agens excommunicatus in iudicio non auditur, si sponte veniat, secus si invitus.
24 Quibus casibus admittatur excommunicatus ad agendum in iudicio? remissive.
25 Iudicium peractum cum excommunicato, parte non opponente, sustinetur.
26 Iudices Ecclesiastici censuris cogere possunt seculares, ut excommunicatos a iudicio repellant.
27 Iudex potest ex officio excommunicatum vitandum repellere.
28 Utrum excommunicatus cogatur procuratorem constituere ad litigandum?
29 Excommunicatus, etiam non denuntiatus parte opponente, potest a iudicio excludi.
30 Excommunicatus etiam ante denunciationem jus nullum habet ad fidelium communionem, a quibus, si velint, vitari potest.
31 Reductio ad arbitrium boni viri apud quem Iudicem est postulanda.
32 Si Clericus, & laicus Arbitri sententiam dixerint, pro reductione arbitrium boni viri, superior Clerici erit adendum.
33 In remedio d. l. diffamari, comparandum est coram Iudice diffamati secundum Communem.
34 Traditur sententia alia docens, coram Iudice diffamatoris esse comparandum.
35 Actor forum rei sequi tenetur.
36 Iudex cause preparatae est competens ad causam preparantem.
37 Laicus utens remedio d. l. diffamari, Clericum, vel Episcopum ad forum suum trahit, ut invitus agat.
38 Per iactationem quis ad iudicium provocat. Faria addit. Covar. ad Tom. I.

- 39 Reo duplicem forum habente de jure communi, actor, quem maluerit, potest eligere.
40 Secus est, si duplex forum ex privilegio competet, nam ipse reus eligit.
41 Quoties diffamatus duplicem forum habet de jure communi, si ipse compareat in uno? & diffamator velit agere in altero, causa ad hunc est remittenda.
42 Unus est Iudex in praedicto casu preparato, & alter preparantis.
43 Remedium l. diffamari, est commune omnibus causis, tam civilibus, quam criminalibus.
44 Successor majoratus, viro possessore, uti potest remedio l. diffamari.

AD intellectum l. diffamari §. Cod. de ingenu. manumiss. legendi sunt Molin. de primogen. lib. 1. c. 14. a n. 23. Tusch. lit. D. concl. 411. cum seqq. Paz in praxi tom. 3. c. ult. §. 1. Cancer. Variar. part. 3. c. 1. nu. 54. cum seqq. Sarmient. lib. 1. selectar. c. 2. Cyprii decis. 1. & 89. Contard. & Brarer. ad eadem constitutionem, Greg. Lop. in l. 46. tit. 2. part. 3. glo. 2. cum seqq. Anton. Gomz Variar. tom. 3. c. 1. nu. 27. Guttier. conf. 51. Villadieg. in polit. cap. 8. num. 108. cum seqq. Petr. Franc. de Fondut. de prevent. judic. part. 1. c. 8. Mari. Burgi. in tract. de laudem. libr. 3. c. 31. nu. 36. cum aliis; Gratian. discept. forens. c. 85. per totum, Ant. G. br. commun. 2. tit. de actionibus conc. 6. Boer. decis. 255. Alexand. Trentacinq. Variar. lib. 1. tit. de diffamationibus r. sol. 1. & plures alii apud Giurbam. decis. 44. nu. 1. Qui vero de l. si contendat 29. ff. de fidejussor. egere, infra suo loco tradentur.

Ibi: Nam ut primam examinemus.

Hujusmodi praxim ultra omnes laudatos nuper patiformiter docent Pichard. in manu diction. ad prax. p. 3. §. 4. n. 47. Carleval. de judic. tom. 1. tit. 1. disput. 2. nu. 202. Pacian. de probat. lib. 1. c. 56. nu. 24. Barbof. in collectam. ad l. unie. C. ut nemo invit. nu. 7. & quomodo fornetur libellus, tradit Tusch. nu. 21. & Paz sup.

Remedium istud cum sit extraordinarium, & a regulis juris exorbitans, Brarer. supr. cap. 1. num. 19. Villadieg. num. 109. & notatur communiter (nullus enim agere compelli potest, l. unie. C. ut nemo invit. ager. teneat. l. 46. tit. 2. part. 3. Paz supr. tom. 2. part. 2. c. unie. ex nu. 1. Angel. de acquir. possess. quest. 16. art. nu. 21.) nisi in subsidium competere non potest; quare si aliud addit ordinarium auxilium diffamato, illo uti non permitetur; veluti si appellationi locus sit; ut per Menoch. conf. 1072. nu. 19. Tusch. num. 27. Bart. in l. si finita, §. eleganter, nu. 4. ff. de damn. infect. Ubi enim extant ordinaria remedia, extraordinariis experiri jura non sinunt, l. in cause 17. ff. de minor. Cost. de remed. subsidiar. remed. 14. nu. 3. Pareia de instrument. edit. tom. 2. tit. 8. resolut. 2. n. 42. 43. Carleval. d. d. sp. 2. nu. 891. Cyriac. tom. 3. contro. vers. 413. n. 14. Tondut. supr. part. 1. c. 40. n. 11.

Praeterea cum praefata constitutio emanaverit in odium diffamantis, cessabit, quoties ex justa causa, necessitateque compulsus aliquis tali diffamazione utitur; quia sua interest, jus suum fieri notorium, ne alioqui pereat; cujus exemplum exhibet Menoc. consil. 366. n. 2. vers. Secundo dato. cum n. seqq. & ita docent Contard. supr. in limitat. nu. 77. Bald. in l. ob commissam, Cod. ad l. l. de adulter. Purpurat. in l. 2. n. 61. C. de edendo, Tusch. n. 24. 25. Socin. consil. 118. col. 2. lib. 1. Angel. in l. fin. ff. quod quisq. iur. Tandem

6 Iudem qui non possidet rem, circa quam dif-
famatio versatur, minimè illo inhabitur auxilio,
cum sit inventum, ut succurratur eis, qui per jac-
tationem in sua possessione turbantur; Grego. Lop.
in dict. l. 46. glof. 1. Anton. Gabr. dict. tit. de actio-
nib. conclus. 6. n. 38. Cyriac. tom. 2. controv. 349. n.
21. Pacian. dict. n. 24. Trentacinq. n. 9. Boer. supr.
Sed opus non est, quod detrimentum possessor pa-
riatur, ut resolvit Gregor. Lop. ubi proximè, omnes
ita tenere aiens, nam sola jactatio sufficit.

Ad Num. 1.

7 Iudex legitimè præcipiens, instrumentum in ju-
dicio produci; si possessor ejus parere contumaciter
detrectet, pronuciare poterit, ut à contumace quan-
doque productum nullam in iudicio fidem obtineat.
Conclusionem istam tenent etiam Fel. n. in c. G. per-
petuus, num. 13. vers. Amplia quare, colum. 1. de
fid. instrument. Bald. in l. hi qui, ad civilia. nu. 5.
C. de appellat. Pacian. dict. lib. 1. c. 66. à nu. 172.
Cancer. variar. lib. 1. c. 19. nu. 23. Matrill. decis.
187. num. 9. cum aliis, Avendañ. in l. 41. Taur.
glof. 4. num. 9. Guid. Pap. quest. 245. nu. 1. Pareja.
qui & alios refert, de instrument. edit. tom. 2. tit. 7.
7. resolu. 2. nu. 20. ubi per totam de pænis, quas
infligere poterit Iudex ei qui iustus edere instrumenta
penes se habet, aut habere jure præsumitur,
contumaciter tenuit.

8 Ut autem locus sit præfate conclusioni, duplex
admonitio præcedere debet inter prolatè. Iaf. in l.
2. num. 11. vers. Ego ultra scribentes, colum. 3.
C. de edend. Purpurat. ibidem, num. 54. vers. Li-
mitatio tamen, colum. 9. Ripa in ead. l. n. 17. vers.
Contra has conclusiones, col. 4. quos adducit ac
sequitur Pacian. supr. num. 179. Et quomodo li-
beretur quis ab instrumentorum editione probando
amissionem, vel jurejurando, tradunt DD. in l.
fin. C. de fide instrum. & latè Pareja. supr. resolu. 8.
à nu. 20.

Ibi: Sunt item alia juris.

Videas l. 47. tit. 2. part. 3. ubi Gregor. Lop.
l. fin. juncta glof. ultim. Cod. de usur. pupillarib. l. si
servus 4. ff. de bon. auctor. judic. possid. si eo 6. de re-
mis. pignor. & alia jura per Accurium adducta in d. l.
diffamari.

Ad Num. 2.

10 Quod diffamator bis sit præmonendus ante silen-
tium perpetui impositionem; æquius ac communius
videtur; & ita docent Gregor. Lop. in dict. l. 46.
glof. 4. in fine, Contard. supr. c. 1. num. 30. Paz.
dict. §. 1. num. tertio. Trentacinq. num. 5. vers.
cu. Secunda est, Anton. Gabr. d. tit. de actio-
nib. conclus. 2. in limitat. 21. Tusch. dict. conclus.
411. num. 14. ubi ait, absentem ter prænonen-
dum, Natta in Clement. sepè. à verb. signif. Cot-
ta in memorabilibus, versicul. Iudex potest, Go-
mez in §. præjudiciales, col. fin. Institut. de actio-
nibus. Capyc. decis. 210. Quamvis unicam admo-
nitionem sufficere, teneant Cagnol. supr. Dec. in
l. fin. colum. 17. Cod. de edict. D. Adrian. tollend.
Sed si post terminum; sive unicum, sive dupli-
cem lapsum accedat diffamator acturus, antequam
sententia perpetuum silentium imponens feratur,
audiendus erit; ex Anton. Gom. supr. num. vige-
simo quinto. Gregor. Lop. ubi proximè, glof. ultim.
modò expensas diffamato refundat, Trentacinq.
nu. 4. vers. Sed primo casu, Cagnol. nu. 16. 20.

Ibi: Illud sanè non est prætermittendum.

Nisi vel summarie per legitimam probatio-
nem constet Iudici de diffamatione, auxilium
dictæ constitutionis concedere non debet; Paz. dict.
nu. 3. Cagnol. nu. 6. Contard. in quæstio. ib. num.
45. Villadieg. nu. 108. Molin. dict. c. 14. numer.
31. Tondut. supr. cap. 8. nu. 1. Guttier. dict. consil.
51. num. 4. ubi ait se nunquam, dum advocandi
munere functus est, cumulasse, aut ab aliis cumula-
tum vidisse remedium d. l. diffamari, cum auxilio
d. l. si contendat, Tusch. d. conclus. 421. nu. 8. Can-
cer. supr. nu. 55. Trentacinq. nu. 4. in fine.

Ad Num. 3.

Quod ad utendum remedio d. l. si contendat,
nulla diffamatio desideretur, quamvis ad benefi-
cium dict. l. diffamari, opus sit, notant Molin. Ton-
dut. Gutt. er. supr. Paz. dict. cap. ultim. §. 2. num.
primo. Cancer. dict. part. 3. c. 1. nu. 57. Tusch. dict.
conclus. 411. num. 10. Est & alia differentia inter
præfata remedia, nam in primo solum intenditur,
ut Iudex declaret, exceptionem illo agenti compe-
tere, in secundo autem de auferendo jure suo dif-
famatori, si aliquod habet; ut ex præallegatis
DD. ipsisque legibus apparet. Alias differentias
refert Ioann. Baptist. Marchesan. libro tertio, tit. de
commissi. jactat. nu. 85.

Ibi: Secundum quod ab eisdem communiter re-
ceptum est.

De praxi dict. l. si contendat. Paz. d. §. 2. per to-
tum, Sarmien. d. cap. 1. Roderic. Suar. allegat. 4.
num. 5. cum seqq. Villadieg. dict. c. 8. num. 102. 11.
Molin. supr. nu. 5. 22. 30. 31. Canc. dict. cap. 1.
num. 56.

Ad Num. 4.

Ad quæstionem istam præster laudandos infra, à 16
n. 33. sunt consulendi Ioann. Baptist. de Thoro in
compend. decision. Neapolit. vers. Remedium levis
diff. mari, Pet. Barbof. in l. postquam, n. 99. ff. de
jud. c. Montalegre. in praxi, libr. 1. c. 2. num. 53.
82. & cap. 3. n. 47. Perer. decis. 129. Ripol. va-
riar. c. 1. à n. 171.

Ibi: Deinde Bartolus, licet existimet usentem.

Agens remedio l. diffamari, quoad primam peti-
tionem actor, quoad cætera reus habetur, Bar-
tolus sequuntur Tondut. supr. nu. 1. Cancer. num.
61. Gregor. Lop. glof. 3. ubi ait, sufficere quod li-
bertus faciat citari patronum, ut veniam petere te-
neatur, Trentacinq. num. 6. vers. Cum hæc igitur,
Guttier. dict. consil. 51. num. 15. Menoch. agens
de vassallo, consil. 1072. nu. 16. Anton. Gabr.
dict. conclus. 6. num. 27. Quare præfate remedio
utens gaudet privilegiis, quæ reo competunt; &
ita, actore non probante, absolvitur, Cancer.
nu. 63. Dec. consil. 3. num. 9. 10. Gratian. dict. cap.
num. 4. 5.

Ad Num. 5.

Majori excommunicatione ligatus: utens reme-
dio dict. l. diffamari, potest ad iudicio repelli. Idemque
juris est, quoad l. si contendat, nam etsi reum esse
dicamus, attenda causæ origine, ultra ad litigandum
venit. Excommunicatus autem non auditur, nisi
trahatur, ut reus necessarius; Mari. Alterius de cen-
sur.

sur. lib. 2. disput. 3. cap. 2. col. 4. lit. B. Anton. Ric-
ciul. de jure person. extra grem. Eccles. existent. lib.
4. cap. 33. à princ. Aug. Barbof. in collect. ad cap.
intelleximus, nu. 20. de judic. Gregor. Lop. ubi pro-
ximè, Osuald. ad Donell. lib. 20. cap. 4. tit. A.
20 Poterit tamen contra ipsum utriusque legis reme-
dium intentari; nam etsi actor futurus sit, non est
voluntarius, sed compulsus, atque idè, ut se tueat-
ur, stare in iudicio non prohibetur, argument.
21 cap. cum inter. §. de except. quod aliis. Nam cum
invitus ad agendum trahatur, quoad hunc effectum
potius reus est censendus, quam actor, & ita docent
Socin. regul. 175. incipit: Excommunicatus regula-
riter, limit. 1. Deci. in c. significavit, num. 13. de
offic. Ordinari. Ronchegal. in rubric. de duob. reis,
num. 32. Parisi. in cap. exceptionem, num. 61. de ex-
ceptionib. quos refert & sequitur Barbof. in addit.
ad collectan. dict. cap. intelleximus, nu. 5. Trenta-
cinq. n. 8. vers. Secunda est opinio, Natta supr. col.
41. Cagnol. n. 13.

Ibi: Obiter tamen erit considerandum.

Præfatus excommunicatus, etiam in foro secu-
lari, potest repelli agens, l. 6. tit. 9. part. 1. Pere-
grin. de jur. sic. lib. 3. tit. 11. nu. 15. Surd. de ali-
ment. i. 8. privileg. 103. n. 4. Paz. in prax. tom. 1.
emptor. §. nu. 40. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1.
glof. 9. nu. 281. Ricciul. supr. lib. 4. c. 31. num. 15.
in fine, Gomez Vayo in prax. lib. 1. cap. 19. num.
1. Cevall. tom. 1. quæst. 67. in princip. Hevia Bo-
lannos in Curia, part. 1. §. 10. nu. 2. Quod est
intelligendum, si spontè agat; nam invitus mi-
nimè repellatur, ut in exemplo nuper positò; quod
generaliter docet ex aliis Barbof. ubi proximè, nu.
6. Qui in collectan. ad d. l. cap. intelleximus, à n. 10.
24 casus enumerat, in quibus excommunicatus audi-
tur agens in iudicio.

25 Notandum tamen est, quod si causa cum excom-
municato peragatur, nihil opponente adversario,
valet quod actum est; Ricciul. supr. nu. 36. Cal-
da d. resolu. emphyteuf. cap. 17. num. 10. vers. In-
fero vigesimo quarto. Pererin. dict. tit. 11. nu. 17.
Contard. supr. c. 4. n. 82. Rota decis. 27. de rescript.
in antiq.

26 Imò possunt iudices Ecclesiastici per censuras
compellere seculares, ne admittant excommunica-
tos ad litigandum, cum de jure non liceat; Boba-
dill. in politic. tom. 1. lib. 2. c. 17. n. 76. ubi alios
27 laudat, Et licet Pars non obijciat exceptionem, po-
test Iudex ex officio excommunicatum vitandum
rejicere; Par. Suar. de censuris, disput. 16. sect.
3. n. 2. Sayr. cod. tract. lib. 2. c. 7. nu. 3. Bonac.
disput. 2. quæst. 5. punct. 7. nu. 9. Socin. in cap. sa-
cris, nu. 337. de sentent. excommunicat. Ricciul.
28 supr. c. 31. nu. 19. Vtrum, quando licet, possit
excommunicatus comparere personaliter in iudi-
cio, vel teneatur procuratorem constituere, ma-
ximè in causis arduis; controvertitur, de quo Paz.
de tempor. §. à n. 49. ubi alii; Barbata in d. c. in-
telleximus, nu. 8. 9. 31. 32. Avila de censur. part.
2. c. 9. disp. 9. dub. 2. Suar. supr. sect. 4. nu. 6. Bo-
nacin. d. punct. 7. nu. 8. Bald. in d. cap. intellexi-
mus, nu. 2. Ex quibus tenendum est, quod quan-
do excommunicati vitandi industria ad sui defen-
sionem, & causæ expeditionem præcisè non desi-
deratur, cogendus est procuratorem constituere,
si eum idoneum invenerit.

29 Illud non est prætermittendum, excommunica-
tum etiam non denunciandum agentem in iudicio,
parte opponente, repellendum esse; ut rectè docet
Barbof. in dict. addit. ad collect. c. intelleximus,
Faria addit. ad Covar. Tom. 1.

nu. 8. contra Dicac. Perez, & alios; quibus non
suffragatur extravagans constitutio, quæ incipit:
Ad evitanda, cujus lite am, & intellectum tradi-
dere D. Covar. in cap. Ama Mater, part. 1. §. 2.
à num. 7. de sentent. excommunicat. in 6. Paz. dict.
temp. §. num. 70. cum seqq. Guttier. Convicar. lib.
1. c. 1. per totum. Tum quod licet ex ea non astrin-
gantur fideles ad vitandum excommunicatum non
denunciatum, nisi fuerit notorius Clerici percus-
sor, juxta interpretationem communi usu recep-
tam, possunt tamen eum vitare, si velint juxta jus
antiquum, cap. cum non ab homine 14. & ubi glof.
& DD. de sent. excommunicat. nullumque jus est
excommunicato ad communionis actus, cum in
dict. extravaganti, expressè, dicatur Legislator non
intendere in aliquo excommunicato relevare. Tum
etiam, quoniam prohibitio ne excommunicatus au-
diatur agens, quatuor rationibus nititur, quas re-
fert c. 1. de except. in 6. & licet una deficiat, quæ est
communionis periculum, aliæ superflue etiam post
d. l. extravagantiem, ex quibus excommunicatus
ante denunciationem debet repelli; quod de jure
verius est.

Vers. Adducitur his omissis. Ibi: Et idè tertio
pro hac parte.

Apud quem Iudicem petenda sit reductio ad ar-
bitrium boni viri adversus sententiam per Arbi-
trum latam? tractant Azeved. in l. 4. à nu. 147.
titul. 21. lib. 4. Recopilat. Surd. consil. 106. nu. 1.
17. Thesaur. decis. 14. Avendañ. de exequend.
mand. part. 1. c. 1. nu. 27. Cachetan. decis. 150. n.
5. Petr. Barbof. in l. hæc es absens, §. proinde, nu. 39.
ff. de judic. Cevall. quæst. 89. nu. 7. Roland. consil.
24. nu. 12. vol. 3. Gratian. disceptat. forens. c. 100.
nu. 51. 52. Did. Perez in l. 12. vers. Quæro, tit.
15. libr. 2. Ordinam. n. Et ultra duas opiniones,
de quibus hic D. Covarruvias est tertia, quæ habet,
adeundum esse iudicem ejus, contra quem reductio
postulatur; Guttier. dict. consil. 51. nu. 9. 24. D.
Covarr. infratit. 2. c. 12. nu. 1. 2. qui hanc am-
plectitur; tamen non est rejicienda opinio Afflicti,
quæ docet, Superiorem Arbitri, esse iudicem com-
petentem, nam cum Arbitri laudum corrigi per hoc
remedium postuletur, congruum videtur, ut infe-
rioris error, aut dolo per Superiorem ipsius cor-
rigatur; sicut in appellatione, (cui reductio similis
est, l. non distinguemus 37. §. cum quidam, ubi
Glof. verbo, species, ff. de arbit.) ob eandem ra-
tionem observatur l. 1. §. si quis in appellatione ff. de
appellation. Imò secundum alias sententias conti-
gere posset, ut laudum superioris, ab inferiore,
subditoque illius reformaretur, veluti si ille elige-
retur in Arbitrium, & hic esset Iudex ordinarius ejus
causæ, vel litigantis, contra quem reductio postu-
latur; quod absurdum esse, nullus inficiabitur:
quare Afflicti ad stipulantur, Gregor. Lop. in l. 27.
glof. 15. tit. 4. part. 3. & alii adnotantes, quod si
Clericus; & laicus Arbitri simul eligantur, pro re-
ductione ab boni viri arbitrium, adiri debet Super-
ior Ecclesiastici, tanquam dignioris; Felin. in c.
1. nu. 6. vers. Nota secundò, de prescript. Bart. in c.
l. jurisperiti, §. cum oriundus, ff. de excusat. tutor.
Bald. in l. precipimus in fine; C. de appellat. Deci.
in rubric. de appellat. nu. 13. Aufrer. de potestat.
Eccles. n. 49. Parisi. consil. 45. nu. 11. 65. vol. 1.
Speculat. in tit. de arbit. §. 1. vers. Sed quid erit,
Beller. disquisitor. cleric. part. 1. tit. de favor. cle-
ric. person. §. 16. nu. 5. Non obstat l. 2. C. ubi &
apud quem, quæ pro D. Covar. facere videtur, cum
in ea non agatur de imperitia, vel dolo Iudicis cor-
rigen-